Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Legenda Aurea - Cod. Aug. perg. 256

Jacobus <de Voragine>

[S.l.], [14. Jahrh.]

De sancto Mathia

urn:nbn:de:bsz:31-66161

Visual Library

datur intelligi quod etiam sunt ministri dei qui non
habent principium nec finem. Secundo quia haec fi
gura nullum habet angulum et significat quod cleri
ci non debent habere sordes in vita quia ubi
angulus ibi sordes et dicit Bernardus. Et debent habere
veritatem in doctrina quia veritas angulos
non querit sicut dicit Jeronimus. Tertio quia haec figu
ra omnium figurarum pulcherrima unde
in hac deus celestes creaturas fecit.
per quod significatur quod etiam debent habere pul
chritudinem interius in mente et exterius
in conversatione. Quarto quia haec figura est
omnium figurarum simplicissima. Nulla
enim figura ut dicit Augustinus exstat una linea
constituta sola circularis figura est que sub u
na tantum linea clauditur. per quod significatur quod cleri
ci habere debent simplicitatem colum
binam iuxta illud Et simplices sicut columbe.

De sancto Mathia

Mathias hebraice
interpretatur donatus domini vel
donatio domini. vel humilis sive parvus.
Nam donatus a domino fuit quando ipsum de
mundo elegit et inter LXXII disci
pulos designavit. Donatio domini fuit
quando sorte electus inter discipulos eum
meruit provideri. Parvus fuit quia ve
ram humilitatem servavit. Est autem
triplex humilitas secundum Ambrosium. Pri
ma est afflictionis quando quis dicitur humilia
tus. Secunda considerationis quae procedit
ex consideratione sui. Tertia devoti
onis quae procedit ex cognitione creatoris.
Primam habuit beatus Mathias martirium
patiendo. Secundam se ipsum despi
ciendo. Tertiam maiestatem domini ad
orando. Vel dicitur a manu quod est bonum
et thesis quod est positio inde Mathi
as quasi boni positio pro malo scilicet pro
Juda. Eius vitam que per ecclesias legi
tur Beda sepe scripsisse creditur. De sancto Mathia

Mathias apostolus in locum Jude sub
stitutus est. Sed primo ortum et originem
ipsius Jude predicti breviter videamus.
Legitur enim in quadam historia licet apocrifa
quod fuit quidam vir in Jerusalem nomine Ru
ben qui alio nomine dictus est Symeon de
tribu Juda. vel secundum Jeronimum de tribu Ysa
char. qui habuit uxorem que Cyborea
nuncupata est. Quadam igitur nocte cum sibi
mutuo debitum exsolvissent Cyborea
obdormiens somnium vidit quod perter
rita gemitibus et suspiriis viro suo re
tulit dicens. Videbatur mihi quod filium fla
gitiosum parerem qui toti nostre genti
causa perditionis existeret. Nefanda
inquit res non relatu digna proferis. sed
spiritu sic puto phitonico raperis. Cui
illa. Si me concepisse sensero et filium
peperero absque dubio spiritus non phitoni
cus extitit sed revelatio certa fuit. Proce
dente igitur tempore cum filium peperisset parentes
plurimum timuerunt et quid de eo facerent
cogitare ceperunt. Cumque filium abhorre
rent occidere et nollent destructorem sui
generis enutrire ipsum in fiscella positum
mari exposuerunt. Quem marini fluctus
ad insulam que Scarioth dicitur propulerunt.
Ab illa igitur insula Judas Scarioth
appellatus est. ¶ Regina autem loci illi
us carens filio ad litus maris causa spa
tiandi processit et fiscellam a fluctibus
maris iactatam videns ipsam aperiri
precepit. Inveniensque puerum ele
gantis forme suspirans ait. O si sola
tio tante sublevarer sobolis ne
regni mei successore privarer. Puerum
igitur secreto nutriri fecit et se gravidam
simulavit. tandem se filium peperisse
mentitur et per totum regnum fama hec cele
bris divulgatur. Princeps pro suscepta

sobole vehementer exultat et in-
genti gaudio plebs letatur. Ipsum igitur
secundum magnificentiam regiam educa-
ri fecit. Non post multum vero temporis re-
gina de rege concepit et suo tempore fi-
lium parturivit. Cum autem pueri aliquantu-
lum iam crevissent ad invicem sepe collu-
debant et puerum iudas crebris iniuriis
molestabat et ad fletum sepe provo-
cabat. Regina autem hoc moleste fe-
rens et iudam ad se non pertinere sciens.
ipsum crebro verberabat, sed nec sic a mole-
stia pueri desistebat. Tandem res pan-
ditur et iudas non verus regine filius sed in-
ventus fuisse aperitur. Quod iudas ut
comperit vehementer erubuit et fratrem
suum putativum latenter occidit. Ob
hoc capitalem sententiam timens cum tribu-
tariis in ierusalem aufugit seque curie
pylati tunc presidis mancipavit. Et quoni-
am res similes sibi sunt habiles pylatus iudam
suis moribus invenit congruere et ideo
cepit ipsum valde carum habere. Universe igitur
curie pylati iudas preficitur et ad eius nu-
tum omnia disponuntur. Quadam igitur die
pylatus in quoddam pomerium de palati-
o suo aspiciens, illorum pomorum tanto de-
siderio captus est ut pene deficere videretur.
Erat autem illud pomerium Ruben patris iude.
sed nec iudas patrem nec ruben filium ag-
noscebat. quia et ruben ipsum filium in
marinis fluctibus periisse putabat. et
iudas quis pater aut que patria sua fuerit
ignorabat. Pylatus itaque accito iu-
da ait. Tanto illorum fructuum captus
sum desiderio quod si hiis frustratus fuero,
spiritum exalabo. Concitus igitur iudas in po-
merium insilit et velociter mala carpit.
Interea ruben venit et iudam mala sua
carpentem invenit. Fortiter igitur ambo con-
tendunt et iurgia iurgiis superaddunt. post
iurgia surgunt ad verbera et multis se
invicem iniuriis affecerunt. Tandem iudas in
ea parte qua cervix collo connectitur lapide
percussit pariter et occidit. poma igitur
sublata tulit et pylato quid acciderit
enarravit. Iam die inclinante et noc-
te superveniente ruben mortuus
invenitur et subitanea morte preventus
fuisse putatur. Tunc pylatus omnes facul-
tates Ruben iude tradidit et cybo-
ream uxorem ruben in coniugem iude
dedit. Quadam igitur die dum cyborea in-
graviter suspiraret et iudas vir
eius quid haberet diligenter interrogaret.
illa respondit. Heu infelicissima sum
omnium feminarum que infantulum me-
um marinis fluctibus immersi et virum
meum morte preventum inveni. sed et do-
lori miserie pylatus addidit qui me
mestissimam nuptiis tradidit et invitis-
simam me tibi in coniugem copulavit. Cum-
que illa omnia de illo infantulo enarrasset
et iudas illa que sibi acciderant re-
tulisset. inventum est quod iudas matrem
suam in uxorem duxerit et patrem suum
occiderit. Penitentia igitur ductus suaden-
te cyborea dominum ihesum christum adiit
et suorum delictorum veniam postulavit.
Huc usque in predicta historia apocrypha le-
gitur. que utrum recitanda sit lecto-
ris arbitrio relinquatur. licet potius sit relin-
quenda quam recitanda. Dominus autem su-
um fecit esse discipulum et de discipulo
in suum elegit apostolum. Qui adeo familia-
ris extitit et dilectus ut eum suum faceret pro-
curatorem quem tamen postea pertulit prodi-
torem. Portabat enim loculos et ea que
christo dabantur furabatur. Dolens vero
tempore dominice passionis quod unguentum

quod CCC argenteos valebat non fuerat
venditum ut illos in denarios furaretur abi-
it et dominum XXX denariis vendidit quorum
unusquisque valebat X denarios usua-
les et ita dampnum unguenti CCC
denariorum recompensavit. Vel ut quidam
aiunt omnium que Christo dabantur decimam partem
furabatur et ideo pro decima partis quam
in unguento amiserat scilicet pro XXX denariis
dominum vendidit. Qui tamen penitentia ductus ret-
tulit et abiens laqueo se suspendit
et suspensus crepuit medius et diffu-
sa sunt viscera eius. In hoc delatum est
ori ne per os effunderentur. Non enim dig-
num erat ut tam viliter inquinaretur quod tam
glorioso ore Christi tetigerat. Dignum etiam
erat ut viscera que proditionem conceperant corrup-
guttur a quo ta caderent et guttur a quo vox proditionis
exierat laqueo artaretur. In aere etiam in-
terijt ut qui angelos et homines in celo of-
fenderat ab angelorum et hominum regio-
ne separaretur et in aere cum demonibus
sociaretur. Cum igitur inter ascensionem et
penthecosten apostoli in cenaculo simul essent vi-
dens Petrus quod numerus XII apostolorum erat im-
minutus quos tamen dominus in hoc mundo
elegerat ut fidem trinitatis in quatuor mun-
di partibus predicarent surrexit in me-
dio fratrum dicens: Viri fratres oportet ut
aliquem loco Iude substituamus qui teste-
tur nobiscum resurrectionem Christi, quem dominus dixit vob-
is eritis mihi testes in Ierusalem et in omni Iudea
et Samaria et usque ad ultimum terre.
Quia testis non nisi de hiis que vidit debet fer-
re testimonium eligendus est unus ex hiis
viris qui semper nobiscum fuerunt et domini mi-
racula viderunt et eius doctrinam audie-
runt. Et statuerunt duos de LXXII disci-
pulis scilicet Ioseph qui cognominatus est
Iustus pro sanctitate sua qui fuit frater Iacobi

Alphei et Mathiam de cuius laude si-
letur quia sufficit ei pro laude quod in aposto-
latum est electus. Et orantes dixerunt: Tu domine
qui nosti corda hominum ostende quem
elegeris ex hiis duobus accipere locum mi-
nisterij huius et apostolatus de quo Iudas a-
vulsit. Et dedit illis sortes et cecidit sors su-
per Mathiam et connumeratus est cum XI
apostolis. Et nota quod hoc exemplo utitur sors.
non est sortibus utendum quia privilegia paucorum
communem legem non faciunt. Rursus sic-
ut Beda: Donec veniret veritas fi-
guram licuit observare. Vera enim hostia
in passione fuit immolata sed videtur
consummata et ideo in electione Mathie sorti-
bus usi sunt ne a lege discreparent in qua
summus sacerdos sorte querebatur. Post pen-
thecosten vero iam veritate promulgata VII
dyacones non sorte sed discipulorum electio-
ne apostolorum vero oratione et manus impositio-
ne ordinati sunt. Cuiusmodi autem hec sor-
tes fuerint due sunt sanctorum patrum sententie
sine Ieronimus enim et Beda volunt quod hec sor-
tes tales fuerint quales ille quarum in
lege veteri crebrius usus erat. Dyo-
nisius autem qui fuit Pauli discipulus irreligiosum
estimavit hoc arbitrari asserens
sibi videri quod illa sors nichil aliud fuit quam
quidam splendor et radius divinitatis
super Mathiam emissus per quem ipse os-
tendebatur in apostolum assumendus.
Ait enim sic in libro celestis ierarchie: Divi-
nam autem sortem que super Mathiam divinitus
cecidit alij quidem dixerunt non reli-
giose sic arbitrantes. meam autem intentio-
nem et ipse dicam. Videtur enim michi eloquia
sortem nominare thearchicum quoddam donum de-
monstrans illi ierarchico choro a divi-
na electione susceptum. Hic igitur Mathias
apostolus Iudeam in sortem accepit et predica-

tionis tribuit in iudea et multa miracula
faciens in pace quievit. In nonnullis co-
dicibus legitur quod patibulum crucis perpessus
est tali martirio coronatus celos ascen-
dit. Huius corpus Rome in ecclesia sancte marie ma-
ioris sub lapide porfiretico sepultum esse
dicitur et ibidem eius demonstratur. In quadam
vero alia legenda que in treveris invenitur
sic inter cetera legitur. Mathias de tri-
bu iuda et civitate Bethleem illustri
prosapia oriundus fuit. Qui in liberalibus studi-
is omnem hebream legis et prophetarum sci-
entiam apprehendens lasciviam quoque ab-
horrens pueriles annos morum maturi-
tate vincebat. Informabat quoque
eius animum ad virtutem ut esset ad intelligen-
dum habilis, ad misericordiam facilis, in prosperis
non elatus, in adversis constans et intrepi-
dus. Satagebat ut quod mente conciperet
opere compleret et quam doctrinam manu
operatione monstraret. Hic cum per iude-
am predicaret cecos illuminabat, le-
prosos mundabat, demones expel-
lebat, claudis gressum, surdis audi-
tum, mortuis vitam restituebat. Et cum
coram pontifice accusaretur, multis respondit:
de obiectis crimina dicitis non oportet
me multa dicere, quia christianum esse non est cri-
minis sed glorie. Cui pontifex: Si tibi
dantur inducie, vis penitere? Et ille:
Absit ut veritatem quam semel inveni
per apostasiam derelinquam. Igitur mathias in
lege erat doctissimus, corpore mundus,
animo prudens, in solvendis questionibus sacre
scripture acutus, in consilio providus,
in sermocinatione expeditus. Cum autem
verbum dei per iudeam predicaret, multos
signis et prodigiis convertebat. Unde
iudei invidentes ipsum in consilio sta-
tuerunt. Duo igitur falsi testes qui ipsum

accusaverant primi in ipsum lapides miserunt,
quos lapides ille in testimonium secum poni et
sepeliri. Cum ergo lapidaretur securi more
romano percutitur et extensis in celum manibus
spiritum deo reddidit. Et sicut inter ibi
dicitur, cuius corpus de iudea romam, de inde de
roma treverim est translatum. In quadam
vero alia legenda legitur quod dum mathi-
as in macedoniam advenisset et fidem
Christi predicaret, quandam potionem excecatam
que visu ceteros privabat ei dederunt,
quam in nomine domini Jhesu Christi bibit et nullam
lesionem incurrit. Et cum illa potione plus
quam ducenti L excecati essent, ipse singulis
manus imponens omnes illuminavit. Dyabolus autem
in similitudine infantis eisdem appa-
rens suasit ut mathiam occiderent quia
eorum cultum evacuaret. Et cum ipse in
medio eorum consisteret, tribus diebus eum quesi-
tum minime invenerunt. Tercia autem die
se eis manifestans dixit: Ego sum. Qui
eum manibus post tergum ligatis et fune col-
lo imposito crudeliter affligunt et sic
eum in carcere recluserunt. Ubi demones
apparentes dentibus in eum fremuerunt,
sed tamen ei appropinquare non potuerunt. Do-
minus autem cum multo lumine ad eum veniens
ipsum de terra levavit et vincula eius solvens
et dulciter confortans ostium aperuit. Qui
egressus verbum domini predicabat. Dum autem
quidam obstinati persisterent, dixit eis:
Denuntio vobis quod vivi in infernum descen-
detis. Et mox terra se aperuit et cunctos
deglutivit. Reliqui vero ad dominum sunt
conversi. De sancto Gregorio

Gregorius dicitur a grex et gore, quod est
predicare sive dicere. Unde gregorius
quasi gregis predicator. Vel dicitur gregorius
quasi egregorius ab egregius et gore quod est egre-
gius predicator et doctor. Vel gregorius